Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8447
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Dnica prima post oct. penth.

Domine in tua misericordia sperauit cor meum in salutari tuo cantabo dno qui bona tribuit michi. Ps. Vsq quo dne obliuisceris me in finem usquequo auertis faciem tuam a me.

Deus in te sperantium Orõ. fortitudo adesto piciis nris. et quia sine te nichil pt mortalis infirmitas prãa auxilium gratie. ut in exequendis mandatis tuis et voluntate tua et acõne placeamus. P. Rmã. L. epl'e b. Johis apli. Deus caritas e. In hoc apparuit caritas dei in nobis. qm filiũ suũ unigenitum misit deus in mũdum. ut viuamus p eum. In hoc e caritas. nõ quasi nos dilexerimus deum. sed qm ipse prior dilexit nos: et misit filiũ suũ propiciacõem pro pcis nris. karissimi. si sic deus dilexit nos. et nos debemus inuicem diligere. deum nemo uidit unq̃m. si diligamus inuicem. deus in nobis manet. et caritas eius in nobis pfecta est. In hoc intelligimus qm in eo manemus et ipse in nobis. qm de spu suo dedit nobis. Et nos uidimus et testificamur qm pr misit filiũ suũ saluatorem mũdi. Quicũq̃ confessus fuerit. qm ihus e filius dei. deus in eo manet: et ipse in deo. Et nos cognouimus et credidimus caritati qm habet deus in nobis. deus caritas e. et qui manet in caritate. in deo manet et deus in eo. In hoc est pfecta caritas nobiscum. ut fiduciam habamus in die iudicij. quia sicut ille e et nos sumus in hoc mũdo. Timor nõ e pfectus in caritate. sed pfecta caritas foras mittit timorem. qm timor penam habet. Qui aũt timet nõ e pfectus in caritate. Nos aũt diligamus deũ: qm deus prior dilexit nos. Si quis dixerit qm diligo deum. et fratrem suum oderit mendax e. Qui enim nõ diligit fratrem suũ quem uidet: deum quem nõ uidet. quomodo pt diligere. Et hoc mandatum habemus a deo. ut qui diligit deum. diligat et fratrem suũ. Gr. Ego dixi dne miserere mei sana aiam meam quia peccaui tibi. V. Beatus qui intelligit super egenũ et pauperem in die mala liberabit eum dns. Alleluia. V. Dne deus meus in te speraui saluũ me fac ex omnibus persequentib: me et liberam me. S. Lucã.